

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo**

**Bynaeus, Anthony**

**Dordraci, 1682**

Viatores calceos sumebant.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12835**

ti, magis expellerent eos quam di-  
mitterent tranquille. Volebat ergo  
ut, dum eam noctem agerent quasi  
festam, ad iter accincti & parati es-  
sent, & non tantum lumbos haberent  
succinctos, & baculos in manibus,  
qui viatorum in Oriente fuit habi-  
tus, & eorum qui iter difficile &  
operosum aggrediebantur, verum  
etiam calceatos pedes. Calceos  
olim in itineribus usitatos fuisse,  
Gibeonitæ sunt exemplo, qui ex  
*מִלְאָה כַּלְבָּיִן calceis diversis solorum Ies.9.5.13.*  
fructu suppactis, fidem facere volue-  
runt, se longo itinere ad Israelita-  
rum castra contendisse. Quare Deus,  
cum iis omnibus instructos vellat  
Hebræos, antequam Paschale in-  
choarent convivium, etiam de  
calceis præcepit. Hebræi veteres,  
sicut opera forensia curabant cal-  
ceati, domestica tamen discal-  
ceati objerunt, uti veteres domi  
plerumque fuerunt discalceati.  
Quod etiam à nostris moribus non  
alienum est. Licet enim omnes,  
cum aut versamus in publico, aut  
rebus forensibus operam damus,  
aut iter conficimus, calceos induam-  
us, domi tamen crepidis utimur.

L 3

Pariter

Pariter veteres , cum domi latibant , discalceati fuerunt , qui tamen ubi foras prodeundum , aut iter aliquod suscipiendum esset calceos sumebant . Id Deus cavit ut etiam facerent ea nocte , quæ agnum Paschalem comesuri erant , atque ut lumbos succinatos & baculos in manibus eos habere jussit , ita etiam de calceis præcepit . Ad omnia enim voluit paratos , quæ ad iter suscipiendum requirebantur , ne si festinanter ab Ægyptiis expellerentur , de re aliqua forent solliciti . Quare additum quoque est , ut agnum <sup>יְהוָה</sup> in festinatione comedenter , ne cæna media tantum peracta excedere cogerentur . Quorum omnium rationem hanc dedit Deus : Pascha est Jēhovæ , & transibo hac nocte terram Ægypti , & percutiam omnes primogenitos in terra Ægypti ab homine usque ad iumenta . Hæc enim verba manifestam continent eorum rituum rationem , quos præcepit Deus : Quasi dicat , omnibus rebus oportet vos instructos , quæ ad iter aggrediendum requiruntur , ut , quod solent viatores , & lumbos